

Completoria per anni circulum
secundum veram rubricam
Ecclesiae Pragensis

VIII Septembris MMXXVI

Per Adventum Domini

Capitulum

PATIENTES estote et confirmate corda vestra: quoniam
adventus Domini appropinquabit. Deo gratias.

Hymnus

CONDITOR alme siderum: ^{→4} aeterna lux credentium: Chri-
ste Redemptor omnium: exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu: mortis perire saeculum: salvasti
mundum languidum: donans reis remedium.

Vergente mundi vespere: uti sponsus de thalamo: egressus
honestissima: Virginis Matris clausula.

Cuius forti potentiae: genu curvantur omnia caelestia ter-
restria fatentur nutu subdita.

Occasum sol custodiens: luna pallorem retinens: candor
in astris relucens: certos observat limites.

Te deprecamur [hagie]: venture iudex saeculi: conserva
nos in tempore: hostis a telo perfidi.

Laus honor virtus gloria: Deo Patri cum Filio: sancto
simul Paracleto: in sempiterna saecula. Amen.

V. Emitte agnum Domine dominatorem terrae. De petra
deserti ad montem filiae Sion.

Ad Nunc dimittis an[tiphona]

QUI venturus est veniet et non tardabit: iam non erit
timor in finibus nostris. ^{→4}

Preces solitae:→⁴⁶ *in fine v[ersum] adiungendo istum.*

Veni Domine et noli tardare. Relaxa facinora plebis tuae.

Sequuntur orationes

FAC nos quaesumus Domine¹ pervigiles atque sollicitos adventum Christi Filii tui Domini nostri² expectare: ut cum venerit pulsans non dormientes in peccatis: sed vigilantes et in suis inveniat laudibus exsultantes. ³ Qui tecum vivit et regnat in unitate.

Alia oratio

PROPE esto Domine omnibus expectantibus te in veritate: ut in adventu Domini nostri Iesu Christi placitis tibi actibus praesentemur. Qui tecum vivit et regnat in unitate. *Et dicuntur vicissim una uno die: altera secundoque: et non plus.*⁴ *Hic ordo completorii non mutatur per totum adventum: nisi in Conceptione sanctae Mariae.*⁵

Hymnus
IV

CZ-Pst DA III 17, f. 17r

C

onditor alme siderum aeterna lux credenti- um

Christe Redemptor omni-um exaudi preces supplicum.

Ad Nunc.
IV E

CZ-Pu XIV A 19, 1v; CZ-Pn XV A 10, 8r

Q

ui venturus est veni-et et non tardabit. Iam non e-

¹BP1502, 83r-83v: +Deus noster

²BP1502, 83r-83v: -Domini nostri

³BP1502, 83r-83v: vigilantes in suis laudibus inveniat exsultantes.

⁴BP1502, 83r-83v: *Una istarum orationum dicatur quae placet et non plus.*

⁵BP1502, 83r: *Hymnus Conditor alme siderum in completorio nunquam mutatur, nisi in Conceptione sanctae Mariae.*



rit timor in fini-bus nostris.

E u o u a e

In Conceptione sanctae Mariae Virginis

Antiphona super psalmos

CUM iucunditate conceptionem sanctae Mariae celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.^{→6}

Capitulum Trahe me post te.^{→31} *Hymnus* Fit porta.^{→31} V. Benedictus qui venit.^{→32}

Ad Nunc dimittis antiphona

Q[UANDO] concepta est Virgo sacratissima: tunc illuminatus est mundus stirps beata: radix sancta: et benedictus fructus eius.^{→7}

Preces solitae:^{→46} *in fine versiculum adiungendo*

Sentiant omnes tuum iuvamen. [Quicumque celebrant tuam conceptionem.]⁶

Oratio

IMPLORAMUS clementiam tuam Domine Deus noster: ut qui festa Dei Genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.


⁶cf. Diu1523, De BMV, f. 6v.

Ant. VII c *cf. CZ-Pn XII A 21, 154r*

Cum iucunditate concepti-onem sanctae Mari-ae ce-le-




bremus ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Chri-




stum. E u o u a e.

Ad Nunc. III g *cf. CZ-Pn XII A 21, 154v*

Quando concepta est Virgo sacra-tissima tunc illumi-



na-tus est mundus stirps be-a-ta radix sancta et benedictus



fructus eius. E u o u a e.

In Sacra nocte Nativitatis Domini

*Super psalmos Alleluia.*⁷

*Capitulum: hymnus: versus non dicitur: sed statim super Nunc dimittis antiphona.*⁸

DUM ortus fuerit sol de caelo videbitis Regem regum procedentem a Patre tanquam sponsum de thalamo suo.^{→8}

Preces non dicuntur: sed immediate sequitur.

Oratio

DEUS qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quaesumus: ut cuius mysterium in terra cognovimus: eius quoque gaudiis perfruamur. Qui tecum.

Ad Nunc.
VIII G


CZ-Pn XV A 10, 41r

Dum ortus fu-erit sol de caelo, videbi-tis regem re-

gum procedentem a throno tanquam sponsum de thalamo

⁷BP1502, 98r: *Ad completorium psalmi consueti,*^{→43} *quos sequitur alleluia.*

⁸BP1502, 98r: *Et illud completorium canitur in media ecclesia hora XXIII sive XXIII.*



su-o. E u o u a e.

In Nativitate Domini

Ad completorium super psalmos consuetos^{→43} *antiphona*

VERBUM caro factum est: et habitavit⁹ in nobis: et vidimus gloriam eius gloriam quasi Unigeniti a Patre.^{→11}

Capitulum

PARVULUS natus est nobis: et filius datus est nobis. Deo gratias.

Hymnus

CORDE natus ex Parentis^{→12} ante mundi exordium: Alpha et Omega cognominatus ipse fons et clausula: [omnium quae]¹⁰ sunt fuerunt: quaeque post futura sunt: saeculorum saeculis.

O beatus partus ille: Virgo cum puerpera edidit nostram salutem: feta Sancto Spiritu: Et puer Redemptor orbis os sacratum protulit¹¹ saeculorum saeculis.

Psallat altitudo caeli: psallant omnes angeli: quicquid est virtutis usque psallat in laudem Dei: nulla linguarum silescat vox: et omnis consonet saeculorum saeculis.

Ecce quem vates vetustis concinebant saeculis: quem prophetarum fideles pagine spoponderant: emicat promissus olim cuncta collaudent eum:¹² saeculorum saeculis.

⁹BP1502, 101r: habitabit

¹⁰cf. BP1502, 68r

¹¹BP1502, 68r pertulit

¹²BP1502, 68r: Deum

Te senes et te iuventus: parvulorumque chorus: turba matrum virginumque simplices puellulae: voce concordēs pudicis perstrepent concentibus: saeculorum saeculis.

Tibi Christe sit cum Patre [hagioque] Spiritu hymnus melos laus perennis gratiarum actio: honor virtus victoria regnum aeternaliter: saeculorum saeculis. Amen.

V. Benedictus qui venit.^{→32}

Ad Nunc dimittis antiphona

MAGNUM nomen Domini Emanuel: quod annuntiatum est per Gabriel: hodie apparuit in Israel: per Mariam Virginem est natus¹³ Rex.^{→12}

Preces consuetae.^{→46} *in fine versiculum istum adiungendo.*

Natus est nobis Salvator mundi. Qui est Christus Dominus in civitate David.

Oratio

PRÆSTA quaesumus omnipotens Deus: ut natus hodie Salvator mundi: sicut divinae nobis¹⁴ generationis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui cum.

*Haec sola. Hoc completorium non mutatur usque ad Circumcisionem Domini.*¹⁵

Ant.
VI F

CZ-Pn XV A 10, 47v

V


erbum caro factum est, et habita- vit in nobis, et vi-

dimus glori-am eius, glori-am qua-si Unigeni- ti a

¹³BP1502, 101r: natus est

¹⁴BP1502, 101r: -nobis

¹⁵BP1502, 101r: *usque ad Octavam Epiphaniae, praeter Vigiliam Circumcisionis et festum eius.*



Patre. E u o u a e.

Hymnus III *CZ-Pst DA III 17, f. 18v*
C orde natus ex Parentis ante mundi exordi-um Al-



pha et O cognominatus ipse fons et clausula omni-um quae



sunt fu-erunt quaeque post futura sunt saeculorum saecu-lis.

Hymnus III *CZ-HKm Hr-7, f. 292r*
C orde natus ex Parentis ante mundi exordi-um Al-



pha et O cognominatus ipse fons et clausula omni-um quae



sunt fu-erunt quaeque post futura sunt saeculorum saecu-lis.

Ad Nunc. V a *CZ-Pn XV A 10, 47v*
M agnum nomen Domini Emanu-el quod annunti-a-



tum est per Gabri-el hodi-e apparu-it in Isra- el per Mari-

In Vigilia Circumcisionis Domini et in festo eius

*Ad completorium omnia ut in Nativitate^{→10} excepta antiphona
ad Nunc dimittis et collecta.*

Ad Nunc dimittis antiphona

GLORIFICAMUS te Dei Genitrix Virgo:¹⁶ quia ex te natus
est Christus: salva omnes qui te glorificant.^{17→14}

Oratio.

DEUS qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate foecunda humano generi praemia praestitisti. tribue quaesumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vitae suscipere. Dominum nostrum Iesum.

Haec sola. Hoc completorium non mutatur usque Epiphaniam Domini: excepta sola collecta. videlicet Deus qui salutis. Loco cuius dicitur collecta Praesta quaesumus omnipotens Deus: ut natus Salvator^{→11} ut in Nativitate [Domini].

CZ-Pu XIV B 13, 44r

Ad Nunc.
IV E

Glori-ficamus te De-i Genitrix qui- a ex te natus est

¹⁶BP1502, f. 109v: -Virgo

¹⁷BP1502, f. 109v: *quae durat usque ad Epiphaniam Domini.*



Christus salva omnes qui te glori-fi-cant. E u o u a e.

In Epiphania Domini

In Vigilia Epiphaniae

Super psalmos antiphona Verbum caro factum est.^{→11} *ut s[upra].*
Capitulum: hymnum: versum: et preces non dicimus.

Ad Nunc dimittis antiphona

STELLA ista sicut flamma coruscat: et regem regum demonstrat: magi eam viderunt: et Christo regi munera obtulerunt.^{→17}

Oratio.

DEUS illuminator omnium gentium: da populis tuis perpetua pace gaudere: et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris: quod trium magorum mentibus aspirasti. Dominum nostrum Iesum Christum.

Non plus.

In die Epiphaniae

Super psalmos antiphona Verbum caro factum est.^{→11} *Capitulum.*¹⁸ *hymnus: versus ut in Nativitate Domini.*^{→10}

Ad Nunc dimittis antiphona Stella ista.^{→17} *ut s[upra].* *Preces solitae*^{→46} *dicuntur. In fine versiculum adiungendo.*

Venient ad te qui detrahebant tibi. Et adorabunt vestigia

¹⁸BP1502, 116r: *Capitulum.* Omnes de Sabba venient aurum et thus deferentes: et laudem Domino annuntiantes. Deo gratias.

pedum tuorum.¹⁹

Oratio Deus illuminator gentium.^{→16} *Haec sola. Hoc completorium durat usque Octavam Epiphaniae.*

Ad Nunc.
VII c

CZ-Pn XV A 10, 67v; CZ-Pu XIV A 19, 38v

S

tella ista sicut flamma coruscat et regem regum



De-um demonstrat. Ma- gi e-am viderunt et Christo regi



munera obtulerunt. E u o u a e.

¹⁹BP1502, 116r: versiculus proprius deest

Post Octavam Epiphaniae

Nota post Octavam Epiphaniae completorium commune^{→43} dicitur usque ad dominicam primam Quadragesimae.

Nota quod feria quarta in Capite ieiunii: et duobus sequentibus diebus: scilicet quinta et sexta feriis. completorium consuetum non mutamus. etiam si in eisdem feriis festa occurrant.

Lacuna

In Purificatione sanctae Mariae

Ad completorium psalmi consueti:^{→43} *quos sequitur antiphona*
Verbum caro factum.^{→10} *Capitulum* *Parvulus natus.*^{→10} *Hym-*
nus. *Corde natus.*^{→10} *V. Benedictus qui venit.*^{→32} *Ad Nunc*
dimittis antiphona. *Magnum nomen Domini.*^{→11} *Haec omnia*
require superius in completorio de Nativitate Domini.^{→10}
Preces solitae:^{→46} *adiuncto in fine versiculo isto.*
Post partum [Virgo inviolata permansisti. Dei Genitrix in-
tercede pro nobis].²⁰ *Oratio.* Deus qui sa[lutis.]^{→14} *ut supra*
in Circumcisione Domini: et haec sola.

²⁰Diu1523, De BMV, 3v.

In Annuntiatione sanctae Mariae

Ad completorium super psalmos antiphona

CUM iucunditate annuntiationem sanctae Mariae [celebre-
mus: ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum
Christum].^{→22}

Capitulum

BUTYRUM et mel comedet: ut sciat reprobare malum et
eligere bonum.

R[esponsorium]

QUO[MODO] fiet istud^{→23} r[espo]ndens ait Maria: q[uo-
niam] virum non cognosco. angelus ad haec: Spiritus
Sanctus superveniet in te: et virtus Altissimi obumbrabit
tibi.²¹

V. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius
Dei. Spiritus. Gloria. Spiritus.

Hymnus. Fit porta.^{→31} V. Benedictus qui.^{22→32}

²¹BP1502, f. 288v: *Nota si occurrerit festum hoc feria quarta quinta sexta vel sabbato. responsorium supra notatum in completorio canitur. Si aut[em] aliquod] festum feria secunda occurrerit tunc responsorium die dominico in completorio non canitur. nec antiphona Vigilate super Nunc dimittis tenetur. Sed illius hebdomadae quae tenetur ferialibus diebus cantetur. Et sic de quolibet festo fiat.*

²²BP1502, f. 288v: V. Ecce ancilla. *sive* Benedictus

Ad Nunc dimittis antiphona

ALMA Redemptoris Mater quae pervia caeli porta manens: et stella maris: succurre cadenti: surgere qui curat populo: tu quae genuisti natura mirante tuum sanctum Genitorem: Virgo prius ac posterius: Gabrielis ab ore sumens illud ave: peccatorum miserere.^{→23}

Preces solitae^{→46} *dicuntur. Versiculum in fine istum adiungendo.*
Ecce ancilla Domini. Fiat mihi [secundum verbum tuum].

Oratio

GRATIAM tuam quaesumus Domine mentibus nostris infunde: ut qui angelo annuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui tecum.

Haec sola dicitur.

In crastino: hoc est ipso die Annuntiationis sanctae Mariae. Ad completorium omnia ut sero cum r[esponsorio] Quomodo fiet.


Ad Nunc dimittis vero ista antiphona dicitur.

HAEC dies quam fecit Dominus. Hodie Dominus afflictionem populi sui respexit et redemptionem misit. Hodie mortem quam femina intulit: femina fugavit. Hodie Deus homo factus: id quod fuit permansit: et quod non erat assumpsit. Ergo exordium nostrae redemptionis devote recolamus: et exultemus dicentes. Gloria tibi Domine.^{→24}


Alia omnia ut heri sunt notata.

Ant. VII c  *cf. CZ-Pn XII A 21, 154r*

Cum iucunditate annunti-ati-onem sanctae Mari-ae ce-



lebremus ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum



Christum. E u o u a e.

Resp.

II

Q

uo- modo fi-et istud respondens a-it Ma-


CZ-Pn XII A 22, 272v




ri- a: qui-a vi-rum non cognosco. angelus ad haec:




Spi- ri-tus Sanctus superve- ni-et in te:



et virtus Altis- simi obumbra- bit ti-



bi. V. Ide-oque et quod nascetur ex te sanctum vocabi-



tur Fi- li-us De-i. Spi.


Ad Nunc.

V a


A

l- ma Redemptoris Ma- ter quae per-vi-a

CZ-Pn XII A 21, 104v



caeli por- ta ma- nens et stel- la ma- ris succur-re




caden- ti surgere qui cu- rat popu- lo tu quae genu- i-
 sti na- tu- ra miran- te tu- um sanctum Ge- ni- torem
 Vir- go pri- us ac pos- te- ri- us Gabri- e- lis ab
 o- re su- mens illud a- ve peccato- rum mi- se- re- re.

E u o u a e.

Ad Nunc.

IV E

CZ-Pn XII A 22, 274v



H aec est di- es quam fe- cit Do- minus Hodi- e
 Do- minus afflicti- onem po- pu- li su- i respexit et re-
 dempti- o- nem mi- sit Ho- di- e mortem quam femina in-
 tu- lit fe- mi- na fugavit Hodi- e De- us homo factus id quod

fu- it permansit et quod non e-rat assumpsit Ergo

exor-di- um nos-trae re- dempti- onis devo-

te re- co-lamus et ex- sultemus di- centes Glori-a tibi

Do- mine. E u o u a e.

In festo Visitationis sanctae Mariae

Ad completorium super psalmos antiphona

CUM iucunditate [visitationem sanctae Mariae celebremus:
ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum]. →²⁷

Capitulum

EN ipse stat post parietem nostram respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. D[eo gratias].

Hymnus

O Christi Mater fulgida: scatens fons o[mni] gratia: lux
pellens quae[que] nubila: Maria venustissima.

Gestansque castimonia: intacta Patrem filia: Virgo monarcha inclyta: Genitrix pudicissima.

Tua prece hanc miseram: pusillamque plebiculam: subleva
per auxilium: quae iacet nexu criminum.

O Advocata strenua: hostem nostrum extermina: depelle
q[uae] noxia: impetra caeli gaudia.

Sit gloria Deo Patri Iesu Christoque Filio Spiritu Paracletos: trino et uni Domino. Amen.

V. Benedictus qui venit. →³²

Ad Nunc dimittis antiphona

GAUDE Maria Mater Christi: quae singulari privilegio
meruisti portare Christi Domini lumen ad revelationem

gentium alleluia.

Preces solitae^{→46} *in fine versiculum adiungendo.*

Sentiant omnes tuum iuvamen. [Quicumque celebrant tuam visitationem.]²³

Oratio

DEUS qui nobis tribuis annuae celebritatis festa peragere. te quaesumus: ut intercedente beata Maria Virgine vitam nostram dirigere: et fine digneris felici terminare. Per eundem.


Haec sola. Hic ordo completorii non mutatur per hanc totam octavam q[uando] de Domina servitur.

Ant. VII c  cf. CZ-Pn XII A 21, 154r

Cum iucunditate vi-sitati-onem sanctae Mari-ae ce-le-



bremus ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Chri-



stum. E u o u a e.

Hymnus VIII  CZ-Nlobkowicz R VI Fb 16, 3v; CZ-Pu XII A 9, 61r

OChristi Mater fulgida: sca- tens fons omni grati-a:



lux pel-lens quaeque nubi-la: Mari-a venus-tissima.

²³cf. preces de Conceptione, p. 6

Ad Nunc.
VIII G *CZ-Nlobkowicz R VI Fb 16, 4r; cf. CZ-Pu XII A 9, 61r*

G

au- de Ma- ri-a Ma- ter Chri- sti quae sin-



gu-la-ri pri-vi-le- gi-o me- ru-isti porta- re Chri-



stum Do- minum lumen ad revelati-onem gen- ti-um al-



le- luia. E u o u a e.

Mariae Nivis

Ad completorium super psalmos antiphona

CUM iucunditate comme[morationem sanctae Mariae celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum].^{→29}


Capitulum. Trahe me post te.^{→31} *Hymnus.* Fit porta.^{→31} V. Benedictus qui.^{→32} *Ad Nunc dimittis antiphona.* Glorificamus te.^{→14} *Preces solitae.*^{→46} *in fine versiculum adiungendo.* Sentiant omnes [tuum iuvamen. Quicumque celebrant tuam commemorationem.]²⁴

Oratio

IMPLORAMUS clementiam tuam Domine Deus noster: ut qui festa Dei Genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.


Haec sola.

In crastino: hoc est ipso die Mariae Nivis. Ad completorium omnia ut heri.

Ant. VII c  *cf. CZ-Pn XII A 21, 154r*

C um iucunditate commemorati-onem sanctae Mari-ae

²⁴cf. preces de Conceptione, p. 6



Assumptio Mariae

In Vigilia Assumptionis Mariae

Ad completorium super psalmos antiphona

CUM iucunditate assumptionem [sanctae Mariae celeberrimus: ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum].^{→32}

Capitulum.

TRAHE me [post te: curremus in odore unguentorum tuorum. Deo gratias.]²⁵

Hymnus.

FIT porta Christi pervia:^{→33} referta plena gratia: transit-que Rex et permanet: clausa ut fuit per saecula.

Genus superni luminis processit alvo Virginis: Sponsus Redemptor Conditor: suae gigas ecclesiae.

Honor Matris et gaudium: immensa spes credentium: per acra mortis pocula: resolvit nostra crimina.

Maria Mater gratiae: [Mater misericordiae: tu nos ab hoste protege: in hora mortis suscipe.]²⁶

Maria Virgo virginum: [deposce nobis omnium remissionem criminum: tuum placando Filium.]²⁷

²⁵Diu1523, De BMV, f. 5v.

²⁶Diu1523, De BMV, f. 5v.

²⁷Diu1523, De BMV, f. 5v.

Gloria tibi Domine: [qui natus es de Virgine: cum Patre et Sancto Spiritu: in sempiterna saecula. Amen.]²⁸[If possible, reduce the three separate footnotes to one footnote with three references]

V. Benedictus qui venit [in nomine Domini. Deus Dominus et illuxit nobis.]²⁹

Ad Nunc dimittis antiphona. Alma Redemptoris.^{→22} *Preces solitae.*^{→46} *in fine versiculum adiungendo.*

Sentiant omnes [tuum iuvamen. Quicumque celebrant tuam assumptionem.]³⁰

Oratio

CONCEDE quaesumus misericors Deus fragilitati nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei Genitricis Virginis Mariae requiem celebramus: intercessionis eius auxilio: a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

Haec sola dicitur.

In crastino autem: hoc est ipso

Die sancto Assumptionis

ad completorium super psalmos antiphona Cum iucunditate. *Capitulum.* Trahe me. *Hymnus.* Fit porta. V. Benedictus qui venit. *Ad Nunc dimittis antiphona.* Glorificamus te.^{→14} *Preces solitae. in fine versiculum adiungendo* Sentiant omnes. *Oratio.* Imploramus.^{→6}

Hic ordo completorii non mutatur usque octavam eius q[uando] de eadem servitur.

²⁸Diu1523, De BMV, f. 5v.

²⁹Diu1523, De BMV, f. 6r.


³⁰cf. preces de Conceptione, p. 6

Ant.
VII c *cf. CZ-Pn XII A 21, 154r*

C um iucunditate assumpti-onem sanctae Mari-ae ce-




lebremus ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum



Christum. E u o u a e.

Hymnus
VIII *CZ-HKm Hr-7, 293r; CZ-Pu I A 58, 70v*

F it porta Christi pervi-a re- sert a plena grati-a.



Transitque Rex et permanet clausa ut fu-it per saecula.

Nativitas Mariae

In Vigilia Nativitatis sanctae Mariae

Ad completorium super psalmos antiphona

CUM iucunditate nativitatem [sanctae Mariae celebremus:
ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum].^{→35}
Capitulum Trahe me.^{→31} *Hymnus* Fit porta.^{→31} V. Benedictus
qui.^{→32}

Ad Nunc dimittis antiphona

QUANDO nata est Virgo sacratissima: tunc illuminatus
est mundus stirps beata: radix sancta: et benedictus
fructus eius.^{→35}

Preces solitae^{→46} in fine versiculum adiungendo

Sentiant omnes [tuum iuvamen. Quicumque celebrant tuam
nativitatem].³¹

Oratio Imploramus.^{→6} *Haec sola.*

Ipso autem die Nativitatis Mariae

Ad completorium super psalmos antiphona Cum iucunditate.^{→35}

Capitulum Trahe me.^{→31} *Hymnus* Fit porta.^{→31} V. Benedic-
tus qui.^{→32} *Ad Nunc dimittis antiphona* Glorificamus te.^{→14}

Oratio Imploramus cle[mentiam].^{→6} *Preces solitae.*^{→46} *versi-
culo adiuncto. scilicet*]. Sentiant omnes.

³¹cf. preces de Conceptione, p. 6

Intra octavam Nativitatis Mariae

Ad completorium omnia ut in Vigilia eiusdem sunt notata.

Ant.
VII c

CZ-Pn XII A 21, 154r; CZ-Pu XXIII A 2, 219r

Cum iucunditate nativitatem sanctae Mari-ae ce-lebre-

mus ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Chri-

stum. E u o u a e.

Ad Nunc.
III g

CZ-Pn XII A 21, 154v; CZ-Pu XXIII A 2, 219v

Quando nata est Virgo sacra-tissima tunc illumina-

tus est mundus stirps be-a- ta radix sancta et benedictus

fructus eius. E u o u a e.

In festo Praesentationis sanctae Mariae

Ad completorium super psalmos antiphona

CUM iucunditate praesentationem [sanctae Mariae celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum].^{→36}

Capitulum Trahe me.^{→31} *Hymnus* Fit porta.^{→31} V. Benedictus.^{→32}

Ad Nunc dimittis antiphona Glorificamus.^{→14}


Preces solitae^{→46} in fine versiculum adiungendo

Sentiant omnes [tuum iuvamen. Quicumque celebrant tuam praesentationem].³² *Oratio* Imploramus.^{→6}

In crastino Praesentationis Mariae. Ad completorium omnia ut in sero.


Ant.
VII c  cf. CZ-Pn XII A 21, 154r

C um iucunditate praesentati-onem sanctae Mari-ae ce-



lebremus ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum

³²cf. preces de Conceptione, p. 6



Christum. E u o u a e.

In Vigilia Omnium sanctorum et per octavam eorum

Ad completorium omnia consueta.^{→43}

Ad Nunc dimittis antiphona

SALVATOR mundi salva nos omnes sancta Dei Genitrix Virgo semper Maria ora pro nobis: precibus quoque sanctorum apostolorum martyrum et confessorum atque sanctarum virginum: suppliciter petimus ut a malis omnibus eruamur bonisque omnibus nunc et semper perfrui mereamur.^{→38}

Preces solitae^{→46} *dicuntur.*

Oratio Salvator mundi salva nos in hac nocte et.^{→47} *Haec sola.*

Ad Nunc *CZ-Pu XIV C 20, 24v; CZ-Pu XII C 3, 29v*

S alvator mundi salva nos omnes sancta De-i Geni-

trix Virgo semper Mari-a o- ra pro nobis pre-cibus quo-

que sanctorum aposto-lorum martyrum et confessorum at-



que sanctarum virginum suppli-citer petimus ut a ma-lis



omnibus e-ru-amur bonisque omni-bus nunc et semper



per-fru-i me-re-amur. E u o u a e.

In Exaltatione sanctae Crucis

Ad completorium omnia consueta.→⁴³

Hymnus

SIGNUM Crucis mirabile: olim per orbem relucens: renitens
in qua pependit innocens: Christus Redemptor omnium.

Haec arbor est sublimior: cedris quas habet Libanus: q[uae]
poma nescit noxia: sed ferre vitae praemia.

Tu Christe Rex piissime: huius Crucis signaculo: horis
momentis omnibus: munire nos non abnuas.

Ut ore tibi consono: et corde devotissimo: possimus [omni
tempore]: laudes referre debitas.

Te summa Deus Trinitas: collaudet omnis spiritus: quos
per Crucis mysterium: salvas rege per saecula. Amen.

Hymnus
VIII

CZ-HKm Hr-7, f. 299r, 293r

The image shows two staves of musical notation. The first staff begins with a large initial 'S' and contains the text 'ignum Crucis mi-rabi-le o- lim per orbem relucens'. The second staff continues the text 'in qua pependit innocens Christus Redemptor omni-um.' The notation consists of square neumes on a four-line staff, with a clef at the beginning of each staff.

in qua pependit innocens Christus Redemptor omni-um.

In Dedicatione ecclesiae

Ad completorium psalmi consueti:^{→43} *quos sequitur Alleluia.*

Capitulum Pacem et veritatem.^{→45}

Hymnus

HOC in templo summe Deus:^{→41} exoratus adveni: et clementi bonitate: precum vota suscipe: largam benedictionem hic infunde iugiter.

Hic p[ro]mereantur omnes petita accipe: et adepta possidere: cum sanctis pereniter: paradisum introire: translati in requiem.

Gloria et honor Deo usquequo altissimo: una Patri Filioque inclito Paracleto: cui laus est et potestas: per aeterna saecula. Amen.

V. Custodi nos Domine.^{→46}

Ad Nunc dimittis antiphona

PAX aeterna ab aeterno Patre: huic domui pax perennis: Verbum Patris sit pax huic domui: pacem pius Consolator huic praestet domui.^{→42}

Preces solitae^{→46} *in fine versiculum adiungendo*

Suscepimus Deus misericordiam tuam. In medio templi tui.

Oratio Visita quaesumus Domine habitationem.^{→47} *Alia oratio* Salvator mundi salva nos in hac nocte.^{→47}

Hymnus

IV

H

CZ-Pst DA III 17, 303r

oc in templo summe De- us exo-ratus adveni et



clementi bonita- te precum vota suscipe largam bene- dic-



ti- o-nem hic infunde iugiter.

Ant.

I g

P

CZ-Pn XII A 21, 116v

ax ae-terna ab ae-terno Pa-tre hu- ic domu- i



pax pe- renis Verbum Patris sit pax hu-ic do- mu- i



pacem pi-us Consola- tor hu-ic praestet



do- mu- i. E u o u a e.

Completorium commune

Converte nos Deus salutaris noster. Et averte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium [meum intende]. Domine ad adiuvandum me festina. Gloria Patri [et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum amen.] Alleluia.

Psalmus

CUM invocarem exaudivit me Deus iustitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium.

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini et nolite peccare quia dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in Domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona.

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti: vini et olei sui multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam et requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe: constituisti me.

Gloria Patri et [Filio: et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in saecula saeculorum amen.].

Psalmus

IN te Domine speravi non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem: et in domum refugii: ut salvum me facias.

Q[uoniam] fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum educes me et enutries me.

Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: q[uoniam] tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

Gloria Patri et Filio.

Psalmus

QUI habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei caeli commorabitur.

Dicet Domino Susceptor meus es tu: et refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Q[uoniam] ipse liberabit me de laqueo venantium: et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die: a negotio perambulante in tenebris: ab incursu et daemone meridiano.

Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas: ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.

Q[uoniam] in me speravit liberabo eum: protegam eum q[uoniam] cognovit nomen meum.

Clamavit ad me et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri et Filio.

Psalmus

ECCE nunc benedicite Domino: omnes servi Domini.

Qui statis in domo Domini: in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite Domino.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: qui fecit caelum et terram.

Gloria Patri et.

An[tiphona]. Alleluia.³³

Capitulum

PACEM et veritatem atque iustitiam³⁴ diligite: ait Dominus omnipotens. Deo [gratias].

³³BP1502, 121r: *Ad completorium psalmi consueti quos sequitur Alleluia.*

³⁴BP1502, 121r: -atque iustitiam

Hymnus

TE lucis ante terminum: ^{→48} rerum Creator poscimus: ut
solita clementia: sis praesul ad custodiam.

Procul recedant somnia: et noctium fantasmata: hostem-
que nostrum comprime: ne polluantur corpora.

Praesta Pater omnipotens: per Iesum Christum Domi-
num: qui tecum [in perpetuum]: regnat cum Sancto Spiritu.
Amen.

V. Custodi nos Domine ut pupillam oculi. Sub umbra
alarum tuarum protege nos. ^{→49}

Ad Nunc dimittis antiphona

SALVA nos Domine vigilantes: custodi nos dormientes: ut
vigilemus in Christo et requiescamus in pace. ^{→49}

*[Canticum Symeonis]*³⁵

NUNC dimittis servum tuum Domine: secundum verbum
tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti ante faciem: omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: et gloriam plebis tuae Israel.
[Gloria Patri et Filio.]

[Preces]

KYRIE eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.
Christe eleison. Christe eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos.

V. In pace in idipsum. Dormiam et requiescam.

Credo in Deum. Carnis resurrectionem. ³⁶

V. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu. Lau-
demus et superexaltemus eum in saecula.

³⁵canticum in Diu1523 deest, desumptum est psalterio Ps1502

³⁶CZ-Pu XIV A 19, f. 1v: +Et vitam.

V. Benedictus es Domine, in firmamento caeli. Et laudabilis et gloriosus: et superexaltatus in saecula.

V. Benedicat et custodiat nos Pater aeternus. Amen.³⁷

V. Dignare Domine nocte ista. Sine peccato nos custodire.

V. Miserere nostri Domine. Miserere nostri.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.

V. Sacerdotes tui induantur iustitia. Et sancti tui exsultent.

V. Esto nobis Domine turris fortitudinis. A facie inimici.³⁸

[*Versiculus proprius tempori aut festo hic adiungitur.*]³⁹

V. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus [ad te veniat].

Dominus vobiscum. [Et cum spiritu tuo.]

[Oremus.]

Oremus.

VIGILA super nos aeternae Salvator: ne nos apprehendat ille callidus tentator: quia tu nobis factus es: sempiternus adiutor.

VISITA quaesumus Domine habitationem istam: et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: et angeli tui sancti⁴⁰ in ea habitantes nos in pace custodiant: et benedictio tua sit super nos semper.⁴¹

Alia oratio

SALVATOR mundi salva nos in hac nocte et in omni tempore: et intercedente pro nobis beata et gloriosa semperque Virgine Dei Genitrice Maria⁴² cum omnibus sanctis tuis: pa-

³⁷CZ-Pu XIV A 19, 2r: Benedicat nos omnipotens Dominus. Amen.

³⁸CZ-Pu XIV A 19: versus deest

³⁹cf. CZ-Pu XIV A 19, 2r

⁴⁰BP1502, 121r: sancti tui

⁴¹BP1502, 121r: sit semper nobiscum.

⁴²BP1502, 121r: beata Dei Genitrice et Virgine Maria

cem tuam nostris concede temporibus: et omnia mala a nobis propiciatus averte.⁴³ Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus. Per omnia saecula saeculorum.

[*Conclusio*] Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. Deo gratias.⁴⁴

Sequitur hymnus Sabbatis diebus. Ad completorium quando ferialiter dicitur.

SALVATOR mundi Domine: qui nos salvasti hodie: in hac nocte nos protege: et salva omni tempore.

Adesto nunc propitius: et parce confitentibus: tu dele nostra crimina: tu tenebras illumina.

Ne mentem somnus opprimat: nec hostis nos surripiat: nec ullis caro penitus: commaculetur sordibus.

Tu reformator sensuum: votis precamur cordium: ut puri castis mentibus: surgamus a cubilibus.

Sit laus perennis gloria: Deo Patri cum Filio: sancto simul Paraceto: in sempiterna saecula. Amen.

CZ-Pst DA III 17, 16v

Hymnus II

Te lucis ante terminum rerum Cre-ator poscimus

ut so-lita clementi-a sis praesul ad custodi-am.

⁴³BP1502, 121r: exclude

⁴⁴BP1502, 121r: *Supra notatum capitulum et hymnus Te lucis, versus et antiphonae et orationes dicuntur ad completorium per circulum anni, praeter Quadragesimam et Tempus paschale et festa Beatae Virginis et Adventum Domini et festa Christi. Hymnus vero Salvator mundi diebus sabbatinis dicitur, quando feria die dominico canitur, exceptis solemnitatibus.*

Hymnus
VIII

CZ-Pn XVI A 18, 55v

T

e lu- cis ante termi-num rerum Cre-a-tor poscimus




ut so-lita cle-menti-a sis prae-sul ad custodi- am.

Vers.

cf. CZ-Pu VI G 3a, 102r

C

ustodi nos Domine ut pupillam ocu-li.



Sub umbra allarum tu-arum protege nos.

Ad Nunc.
III g


CZ-Pu XIV A 19, 52r; CZ-Pn XV A 10, 81r

S

alva nos, Domine, vigi-lantes, custodi nos dormi-



entes, ut vigi-lemus in Christo et requi-escamus in pa-



ce. E u o u a e.

*Alia nota super eandem antiphonam, quae canitur in magnis festis per circulum anni.*⁴⁵

Ad Nunc.
V a

CZ-Pu XIV A 19, 52r; cf. CZ-Pn XV A 10, 81r

S

al-va nos, Do- mine, vi- gi- lantes, custodi nos

⁴⁵CZ-Pn XV A 10, 81r.



dor-mi- entes, ut vigi-le-mus in Christo et requi-esca-



mus in pace. E u o u a e.

Additamentum A

Officium sanctae Mariae sabbato

Nota quod ab Epiphania usque ad Purificationem omni sabbato, nisi festum novem lectionum impediat, officium sanctae Mariae facimus.¹

[Post orationem vesperarum] cantantes vero responsorium Verbum caro faciunt processionem ad altare Beatae Virginis et ibi debito modo vesperae cum completorio finiuntur.

Ad completorium dicitur ut in prima vespera Circumcisionis.→¹⁴

¹BP1502, 110v-111r.

Fontes

Breviarium usui canonicorum metropolitanae ecclesiae Pragensis adaptatum xiv_a_19

Breviarium usui canonicorum metropolitanae ecclesiae Pragensis adaptatum. URL: http://www.manuscriptorium.com/apps/index.php?direct=record&pid=AIPDIG-NKCR_XIV_A_19____1U2A1JF-cs.

Bibliotheca: Národní knihovna ČR, sig. XIV A 19.

Diurnale horarum canonicarum secundum veram Rubricam archiepiscopatus Ecclesie Pragensis diu1523

Diurnale horarum canonicarum secundum veram Rubricam archiepiscopatus Ecclesie Pragensis. Nürnberg: Hieronymus Höltzel, 1523. URL: <https://books.google.cz/books?id=Vl1cAAAAcAAJ>.

Liber horarum canonicarum secundum veram Rubricam archiepiscopatus Ecclesie pragensis bp1502

Liber horarum canonicarum secundum veram Rubricam archiepiscopatus Ecclesie pragensis. 1502. URL: <https://books.google.cz/books?id=oRVkAAAAcAAJ>.

Bibliotheca: Národní knihovna ČR, sig. XXXIII A 36.

Psalterium Davidis cum hymnis

ps1502

Psalterium Davidis cum hymnis. Liptzk: Melchior Lotter, 1502. URL: <https://books.google.cz/books?vid=NKP:1003114830>.

Bibliotheca: Národní knihovna ČR, sig. XXXIII L 62.

Vesperarium svatovítské

xv_a_10

Vesperarium svatovítské. URL: http://www.manuscriptorium.com/apps/index.php?direct=record&pid=AIPDIG-NMP_--XV_A_10____OMGV300-cs.

Bibliotheca: Knihovna Národního muzea v Praze, sig. XV A 10.

Index

Per Adventum Domini	3
In Conceptione sanctae Mariae Virginis	6
In Sacra nocte Nativitatis Domini	8
In Nativitate Domini	10
In Circumcisione Domini	14
In Epiphania Domini	16
In vigilia	16
In die	16
Post Octavam Epiphaniae	18
Lacuna	19
In Purificatione sanctae Mariae	20
In Annuntiatione sanctae Mariae	21
In festo Visitationis sanctae Mariae	26
Mariae Nivis	29

<i>INDEX</i>	55
Assumptio Mariae	31
In Vigilia Assumptionis Mariae	31
Die sancto Assumptionis	32
Nativitas Mariae	34
In vigilia	34
In die	34
Intra octavam	35
Praesentatio Mariae	36
Omnium sanctorum	38
In Exaltatione sanctae Crucis	40
In Dedicatione ecclesiae	41
Completorium commune	43
Appendices	51
A Officium sanctae Mariae sabbato	51